



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarragonensis Dialogorum  
Libri Duo de emendatione Gratiani**

**Agustín, Antonio**

**Parisiis, 1672**

Antonius Augustinus ad Latinum Latinum Romam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10634**

Ipse Corinthiaco, ipse tibi Augustine, metallo  
     Struxero delubrum ad Scaldis euntis aquas.  
 Magnum opus, irritent cuius fastigia cœlos,  
     Vis hominum quod non diruere ulla queat.  
 Illic, exemplis Lysippi divite ab auro,  
     Magnorum spiret gens animosa Deum.  
 Quemque sua exornet specioso emblemate vestis,  
     Cuique sua obnubent florea serfa caput.  
 In medio tu stes, Antoni, adamantinus, omni  
     Diffundens passim corpore tale jubar  
 Qualc vomat Phæbi juvenilis imago, rubenti  
     Si Nabathæorum ex æquore saltet eques.  
 Nunc ego quid possum, cui gaza nulla superfites,  
     Copia cui genij flamma pusilla micat.  
 Heu mihi, ceu violas non est comprehendere Aprileis,  
     Quantæ in Hyblæo monte vagetur apis;  
 Sic neque gratanti tua facta æquare tenore,  
     Concipere aut liquidò mens animi ulla queat.  
 Mussem igitur meritò, vimque almi nominis almam  
     Rite sacrosancta religione colam.

**A N T O N I V S A V G V S T I N V S**  
 ad Latinum Latinum Romam.

**L**ucabant Soles olim mihi candidiores,  
     Docte Latine, tuis  
 Octavique patris dictis cum pectus onustum  
     Sæpe foret variis.  
 Ultima nunc fessum vastis Hispania terris  
     Sole cadente tenet.  
 O mihi felices, frustra suspiria duco,  
     Præteritósque dies.  
 Viximus, antiquæ cum Yrbis lustrare ruinas  
     Romuleæ licuit  
 Et Capitoline pacatis prendere turres,  
     Aurea templa Iovis.  
 Innumeros illic varia de gente triumphos  
     Legimus in Tabulis,

633

Censores, cum Consulibus, populique Magistris,  
Ordine quemque suo.  
Inde forum, sacraque viam, mysteria Pyrrhi,  
Discere dulce fuit.  
Quid memorem veteres Ianos, atque Amphitheatrum,  
Balnea, templa, domos?  
Dulce fuit doctus cum conviva abdita quæque  
Protulit in medium.  
Laudamus multi. Sed Fulvius atque Faernus  
Omnia ferre negant.  
Sed quid ago? Verbosos ætas reddit amicos,  
Care Latine, tuos.  
Vive, memor nostri. Mihi Flaccus stillat in aurem,  
Pulvis & umbra sumus.



I V D I C I V M  
A N T O N I I A V G V S T I N I  
de eloquentia cum jurisprudentia  
conjungenda.

*Prefat. in Iuliani Antecessoris Novellas.*

**C**V M duo lectorum genera sint, quorum alteri  
discendi causa legunt, alteri solùm ut reprehendendi  
captent occasionem, illorum mihi habendam  
esse rationem, horum contemnendam esse calumnian-  
di cupiditatem semper existimavi. Sive enim scribas,  
sive nihil scribas, sive hoc aut illo modo scribas, sem-  
per hi habent quod reprehendant. At studiose viro  
nullus liber est inutilis. Ab aliis enim dicendi, ab aliis  
vivendi rationem, ab aliis artes ac disciplinas, ab aliis  
historiam temporum, ab aliis alia atque alia discit.  
Illi se omnia scire jactant, haberéque se in quo Pla-  
tones, Aristoteles, Demosthenes, Cicerones, Pa-  
pinianos, Iulianos, Vlpianos, & ceteros quoſcun-